

# De caritate.

27

**Galat. 5.** Atos, sive arguat inquietos, diuersa exhibens sicut filios diligit vniuersos. Quum te arguit, misere, quā blanditur, simplex est, pie soles, si ure: sine dolo mulcere; patienter nouit irasci; humiliter indignari. Ipsa inter fructus spiritus pro sui excellentia, prima numeratur dicente Apolito: fructus spiritus caritas. Que autem alia fructus spiritus debuit tenere primatum, nūl caritas: sine qua ceterae virtutes non repertant esse virtutes. Ante enim quam ipsa adiutus fructus gratus est, ubi vero caritas; ibi multis fructus: ut autem multi arboris rami ex una radice producuntur; sic multæ virtutes ex una radice caritatis. Nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis: si non manet in radice caritatis. Ipsius etiam excellentia commendatur, quia gratis operatur. Iustitia enim reddit debitum: timor redimit incommodum: quod imminet. Spes emittit commodum: quod obtinere intendit: purus vero amor de spe viris non sumit. Purus amor mercenarius non est: nec tamen difterit a damnâ fecit.

Quod ex suis dignitate præcellat ipsa caritas, sicut omnes alias virtutes. **C A P. IV.**

Venadmodum in rebus temporalibus ille creditur locupletior, qui plura posset: sic & in spiritualibus, qui plus caritatis haberet: ille dicitur comprobatur. Caritas namque est dulce & salubre vinculum métiuum: sine qua diues, pauperes & in qua pauperes diues est. Primo ratione fui, quia thefaurus est. Ipsa namque caritas thefaurus est ab conditus in agro cordis: pro quo emendo viuercia effente vendenda, quanquam quicunque illum cognoscit: etiam si dederit omnem substantiam domus sua pro ipso: quia nihil deficiet eam. Necesse quippe est homo: ut quo præcesserit dilectionis thefaurus tuus: illuc sequitur etiam cogitationis affectus. Ideo veritas ait. Vbi est thefaurus tuus: ibi & cor tuum erit. Ut ergo in ecclesiis thefaurizemus, coelestia diligamus. Vis nos: ubi thefaurizas: attende quid amas: vis nos: quid amas: attende quid cogitas. Ita fit ut thefaurum tuum ex tuo amore cognoscas: & amorem tuum ex indicio cogitationis intelligas. Est quoque caritas virtus ditisima ratione habita, qui est deus. Qui enim caritatem habet: deum habet: sicut ipse caritatis magister dicit: Siquis diligit me: sermonem meum seruabit, & patrem meus diligenter: & ad eum veniemus: & mansioem apud eum faciemus. Nulla namque maiores sunt diuinitate, quam deum possidente. Nam apud ipsum sunt omnes thefauri, & ipse est omnium diuinitarum & bonorum fons indeficiens: largitor liberalissimus: nec in proprietate, cui tribuit: felibentius quam sua tradens dilectoribus suis. Caritas etiam plus ceteris virtutibus locuples est ratione lucri. Aliena enim bona sua facit, sicut in Psal. legitur. Particeps ego sum omnium timimenti te. Plenissima peccatorum nempe obtinetur ablution: & meritorum aque fit participatio: quando totius Ecclesia vina est oratio vna est confessio: & concors extat caritatis affectio. Si enim duorum vel trium sanctorum pio confessu omnia, que populerint, dominus praetanda promittit: quid negabitur multorum milium plebi vnam obseruantiam pariter exequenti, & per unum spiritum concordi-

ter supplicanti, argue in uno caritatis vinculo se pariter copulanti: Commendatur umiliter caritatis excellentia ratione modi, qui est facilissimus. Qui enim amat: non laborat. Omnis namque labor non amantibus grauis est. Amor solus est, qui difficultatus nomen erubelit. Nil durum, nil amarum, nil graue, nil lethale cōputat amor verus. Que vulnera, quod ferrum, que poena, que mox amorem præualeat: perpetrare perfectum: Caritas enim impenetrabilis est lorica, resipit gladium, iacula excutit, periculum insultat, mortem irrider, postremo vincit omnia.

Quanta ut visitatus caritas: & quoniam dicit, que filios

Dei aperte atoribus discernit. **C A P. V.**

 Videtur inter Dei dona dignitatēque virtutum utilius poscidetur, quam caritas. Ipsa namque regni coelestis signaculum est: hinc quo nullus ingreditur. Caritas enim est specialis virtus piorum atque sanctorum: quam ceterae virtutes bonis & malis possint esse communis. Sola enim est dilectio: iuxta dicernit inter filios Dei, & filios diaboli. Signant omnes signo crucis, intrent in Eccleias, impleant parietes basilicarum: cantent omnes alleluia: non discernuntur filii Dei, nisi caritate. Qui habet caritatem: nati sunt ex Deo. Magnum iudicium: magna discrecio. Quicquid vis habeas: hoc colsum non habeas nihil tibi prodest. Alia si non habeas, hoc habeas, impensis legem, poscidibusque regna celorum. Est etiam haec virtus beata boni retinaculum, & animi atrarium. Est enim arbor: à qua non excedit nec flos desiderij: nec folium, boni verbi, nec fructus boni operis: quum enim ipsius proprium sit nutritio concordiam, seruare compota: coniunge dislocata, dirigere prava, & ceteras virtutes perfectionis sua munimine solidare: ignis in eius radicem se inheret: nec à veritate deficiat: nec à fructu inanescit. Dei etiam gratissimum sacrificium est caritas. Nam sicut mors corpus intermit: sic ab amore rerum temporalium aeterna vita caritas occidit: & animam Deo in sacrificium offert. Nam quem perfecte ipsa absorberet, ad terram foris desideria velut intentibilem reddit: nec sanctus quilibet mori pro domino potuisse in corpore, nisi prius à terrenis desideriis mortuus virute caritatis fusset in mente. Ipsa quoque est diaboli iaculum. Antiquus namque hostis castitatem in nobis: si sine caritate fuerit, non timeret: quia ipse carne non premitur, ut luxuria disfluator: nec abstinentiam timeret, quia cibo non vitetur: sed valde in nobis caritatem veram, & amorem humilem: quem nobis vicissim propter deum impendimus, timeret: ipsoque iaculo ex luore iniuria vehementer confunditur: quia ipse conficit nos tenere in terra, quod ipse tenere nolens amissit in celo. Similiter etiam caritas est iusti gubernaculum: per quod iustus in hoc pelago non deviat: sed ad perfectionem portum adducitur. Nam Dei caritas est gubernaculum salubre: semper possidentem se, dirigens ad perfectionem. Est quadam vernalis pluvia virtutum: sub qua & bona voluntas germinat: & operatio sancta fructificans ad maturitatem perducitur. Hac patiens in aduerbis: temperata in prosperis: in humilitate potens: in afflictione latissima: inimicis benevolia & bonis suis superans malos. Hac sancta & diuina caritas gigant in anima mititatem & benignitatem: faciens ut nos ipsos bene

Laur. Iustin. **c 2** habeat

**Matt. 6.** Mart. 6. Attende quid amas: vis nos: quid amas: attende quid cogitas. Ita fit ut thefaurum tuum ex tuo amore cognoscas: & amorem tuum ex indicio cogitationis intelligas. Est quoque caritas virtus ditisima ratione habita, qui est deus. Qui enim caritatem habet: deum

**Ioan. 14.** habet: sicut ipse caritatis magister dicit: Siquis diligit me: sermonem meum seruabit, & patrem meus diligenter: & ad eum veniemus: & mansioem apud eum faciemus. Nulla namque maiores sunt diuinitate, quam deum possidente. Nam apud ipsum sunt omnes thefauri, & ipse est omnium diuinitarum & bonorum fons indeficiens: largitor liberalissimus: nec in proprietate, cui tribuit: felibentius quam sua tradens dilectoribus suis. Caritas etiam plus ceteris virtutibus locuples est ratione lucri. Aliena enim bona sua facit, sicut in Psal. legitur. Particeps ego sum omnium timimenti te. Plenissima peccatorum nempe obtinetur ablution: & meritorum aque fit participatio:

quando totius Ecclesia vina est oratio vna est confessio: & concors extat caritatis affectio. Si enim duorum vel trium sanctorum pio confessu omnia, que populerint, dominus praetanda promittit: quid negabitur multorum milium plebi vnam obseruantiam pariter exequenti, & per unum spiritum concordi-

**Psal. 18.** **4** **4**